

betur in Scholis. Sed omittamus hominē,
 quicquid dixerit ab alio dictū existime-
 mus, Idem ait, Si ad naturam viues, nun-
 quam diues eris: Et has diuitias, & hanc
 paupertatem in me ipso sum expertus, i-
 deoque dictum fidentius laudo, eoque
 me tueor aduersus amicorū iurgia, desi-
 diam mihi an modestiam exprobrantium
 quod facili nisu potuissem altius ascende-
 re, quod vltro vocantem despexisse vi-
 deor fortunam. Patientia quidem mihi o-
 pus est æterna, quando illis obiurgandā
 voluptas æterna est, aures duravi, illis lin-
 guas non frænantibus & callum superin-
 duxi, vt ad nullum verborum vulnus do-
 leam, aut eis indignè pura fide. Sed nisi
 fallor confusa, ac peruersa opinione mo-
 nentibus: vnum testor, frustra eos torque-
 ri, quoniam quo longius in tempore pro-
 cedo, eò firmiter in posito p̄persisto: Nec
 me piget aut pœnitet incepti, quin poti-
 us amicorum dementiæ tædet & miseret,
 quos nec tēpus nec ratio, nec verior admo-
 nitio, nec exemplū, nec pudor, nec fastidiū
 nec metus, nec vicina mors, ab erroribus
 reuocare potest. Et hæc quidē de me ipso
 loqui cum amicis dulcè fuit. Cum enim
 singulis satis fieri, sine labore non possit,